

DECRETA REFORMATIONIS GENERALIS

publicata prima die Sessionis nonae et ultimae
Tridentinae sub PIO PP. IIII. die III. Decemb:

(22)

M. D. LXIII.

Canon primus.

Optandum est ut si qui Episcopale ministerium suscipiunt, quae sua sint partes agnoscant, ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum; sed ad labores, et sollicitudines pro Dei gloria uocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est, et fideles reliquos ad religionem, innocentiamq; facilius inflammandos, si praepositos suos uiderint non ea quae mundi sunt, sed animarum salutem, et caelestem patriam cogitantes. Haec quum ad restituendam ecclesiasticam disciplinam praecipua esse s: synodus animaduertat, admonet Episcopos omnes ut secum ea sepe meditantibus, factis etiam ipsis, ac uita aliorum (quod est ueluti perpetuum quoddam praedicandi genus) se muneri suo conformes ostendant. Imprimis uero ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiae, continentiae, ac (quae nos tantopere comendat Deo) sanctae humilitatis, exempla petere possint. Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi non solum iubet ut Episcopi modesta suppellectili, mensa, ac frugali uictu contenti sint: uerumetiam in reliquo uita genere, ac tota eius domo caueant ne quid appareat quod a sancto hoc instituto sit alienum, quodq; non simplicitatem, Dei zelum, ac uanitatum contemptum praeseferat. Omnino uero eis interdicit ne ex reditibus Ecclesiae consanguineos, familiaresue suos augere studeant; cum et Apostolorum canones prohibeant ne res Ecclesiasticas (quae Dei sunt) consanguineis donent: sed si pauperes sint, ijs ut pauperibus distribuant; eas autem non distrabant, nec dissipent illorum causa: immo quam maxime potest eos sancta synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosq; carnis



affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium
extat, penitus deponant. Quae uero de Episcopis dicta sunt, eadem
non solum in quibuscunque beneficia Ecclesiastica tam secula-
ria, quam regularia obtinentibus pro gradus sui conditione ob-
seruari, sed et ad sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales perti-
ne decernit. Quorum consilio apud sanctissimum Romanum
Pontificem cum uniuersalis Ecclesiae administratio nitatur,
nefas uideri potest, non ijs etiam uirtutum insignibus, ac ui-
uendi disciplina eos fulgere, quae merito omnium in se oculis
conuertant.

Canon II.

Cogit temporum calamitas, et inualescentium haeresum malitia, ut
sit praetermittendum, quod ad populorum aedificationem, et Catholicae
fidei praesidium uideatur posse pertinere. Praecipit igitur s. synodus
Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, et omnibus alijs, qui de
iure uel consuetudine in Concilio Prouinciali interesse debent, ut in
prima Synodo Prouinciali post finem praesentis Concilij Sabinae
ea omnia, et singula, quae ab hac sancta synodo definita, et sta-
tuta sunt, palam recipiant: necnon ueram obedientiam summo
Romano Pontifici spondeant et profiteantur: simulque haereses omnes a
sacris canonibus, et Concilijs generalibus, praesertimque ab hac eu-
dem synodo damnatas publice detestentur et anathematizent.
Idemque in posterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos
episcoposque promouendi in prima Synodo Prouinciali in qua
ipsi interfuerint, omnino obseruent. quod si quis ex supradictis om-
nibus (quod absit) renuerit, episcopi comprouinciales statim summo
Romanum Pontificem admonere, sub poena diuina indignationis
teneantur; interuimque ab eiusdem communione abstineant. Ceteri
uero omnes, siue in praesenti, siue in futurum beneficia Ecclesiastica
habaturi, et qui in Synodo Diocesana conuenire debent, idem

idem ut supra in ea synodo, qua primo quoque tempore celebra-
bitur, faciant et obseruent. alias secundum formam sacrorum
canonum puniantur.

Ad haec omnes ij, ad quos uniuersitatum, et studiorum genera-
lium cura, uisitatio et reformatio pertinet diligenter curent
ut ab eisdem uniuersitatibus canones et decreta huius sanctae
synodi integre recipiantur, ad eorumque normam magistri, doctores
et alij in eisdem uniuersitatibus ea quae Catholicae fidei sunt, do-
ceant et interpretentur, seq; ad hoc institutum initio cuiuslibet
anni solemni iuramento obstringant: sed etsi aliqua alia in
praedictis uniuersitatibus correctione et reformatione digna fue-
rint ab eisdem ad quas spectat, pro religionis et disciplinae
ecclesasticae augmento emendentur et statuuntur. Quae uero
uniuersitates immediate summi Pontificis protectioni et uisi-
tationi sunt subiectae, has sua Beatitude per eius Delegatos
eadem qua supra, ratione, et prout ei uelius uisum fuerit,
salubriter uisitari et reformari curabit.

Canon. III.

Quamuis excommunicationis gladius uerus sit ecclesasticae
disciplinae, et ad continentos in officio populos ualde salutaris;
sobrie tamen, magnaque circumspectione exercendus est: Cum ex-
perientia doceat si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis
contemni, quam formidari, et pernicem potius parere, quam sa-
lutem, quapropter excommunicationes illae, quas monitionibus praee-
missis ad finem reuelationis (ut aiunt) aut pro deperditis, seu
subtrahis rebus ferri solent, nemini propterea, praeterquam ab episcopo
decernantur; et tunc non alias quam ex re non uulgari, cau-
saque diligenter, ac magna maturitate per episcopum examinata
qua eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiusuis saeu-

Laris etiam Magistratus auctoritate adducatur; sed totum hoc
in eius arbitrio, et conscientia sit positum, quando ipse pro re, loco
persona ac tempore eas decernendas esse iudicauerit. In causis
iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis, cuius
dignitatis existant, ut quando cumq; executio realis, uel personalis
qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, ab-
neant se tam in procedendo quam diffiniendo a censuris Ecclesi-
cis seu interdictis; sed liceat eis si expedire uidebitur in causis
cuiuslibet, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinet
contra quoscumq; etiam laicos per multas pecuniarias, que
suis ibi existentibus, eo ipso quod exalta fuerint assignentur
seu per captionem signorum, personarumq; distributionem per
proprios, aut alienos executores faciendam; siue etiam per pro-
tionem beneficiorum, aliisque iuris remedia procedere, et con-
diffinire. Quod si executio realis uel personalis aduersus res
ratione fieri non poterit, sitq; erga iudicem contumacia; tunc
eos etiam anathematis mictione arbitrio suo prater alias pen-
ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis
uel personalis (ut supra) fieri poterit, erit a censuris abstinentia.
Sed si dicta executioni facile locus esse non possit, licebit iudici
spirituali gladio in delinquentes uti: si tamen delicti qualitate
precedenti bina saltem monitione, etiam per edictum id posse.
Nefas autem sit seculari iudicibus et magistratui prohibere Ecclesi-
sticos iudici, ne quem excommunicet, aut mandare ut latam ex-
municationem reuocet, sub pretextu quod contenta in huiusmodi
decreto non sunt obseruata. cum non ad seculares, sed ad Ecclesi-
sticos hæc cognitio pertineat. Excommunicatus uero qui cumq;
suis legitimis monitiones non resipuerit, non solum ad sacra-
et communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur.

si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum in-
duerit, etiam contra eum tanquam de haeresi suspectum, pro-
cedi possit.

Canon IIII

Contingit saepe in quibusdam Ecclesijs, uel tam magnam Missarum
numerum celebrandarum numerum ex uarijs defunctorum relictis
impositum esse, ut illis pro singulis diebus a testatoribus praescriptis
requerat satisfieri: uel elemosynam huiusmodi pro illis celebrandis
adeo tenuem esse, ut non facile inueniatur, qui uelit huic se muneri
subijcere unde depereunt pia testantium uoluntates, et eorum con-
suetudines, ad quos praedicta spectant, onerandi occasio datur: sancta
synodus capiens haec ad pios usus relicta, quo plenius et utilius po-
test, impleri, facultatem dat Episcopis, ut in synodo Diocesana,
itemq; Abbatibus et Generalibus ordinum, ut in suis Capitulis gra-
uibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in praedictis
Ecclesijs, quas haec prouisione indigere cognouerint, statuere cir-
ca haec quidquid magis ad Dei honorem et cultum, atq; Ecclesiarum
utilitatem uiderint expedire. Ita tamen, ut eorum semper de-
functorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute
legata ea ad pios usus reliquerunt.

Canon V

Ratio postulat, ut illis, quae bene constituta sunt, contrarijs ordi-
nationibus non derogetur. Quando igitur ex beneficiorum quorum-
cumq; erectione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus qualitates
aliquae requiruntur; seu certa illis onera sunt annexa iniuncta
in beneficiorum collatione, seu in quacumq; alia dispositione eis
non derogetur. Idem in Praebendis Theologalibus, magistratibus
Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac subdiaconalibus:
quandocumq; ita constituta fuerint, obseruetur, ut eorum quali-
tatibus uel ordinibus nihil in ulla prouisione derogetur, et aliter
facta prouisio surreptitia censeatur.

Canon VI

Statuit sacrosancta synodus, ut in omnibus Ecclesijs Cathedralibus et Collegiatis decretum sub se: re: Paulo Tertio, quod incipit: Capitula Cathedralium: observetur, non solum quando Episcopus visitauerit, et quoties ex officio uel ad petitionem alicuius contra aliquem existentis in dicto decreto procedat. Ita tamen, ut cum extra visitationem processerit infrascripta omnia locum habeant videlicet ut Capitulo in initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consensu Episcopus uel eius Vicarius tam in formando processu in ceteris omnibus actibus usq; ad finem causa inclusiue, Notario tamen ipsius Episcopi, et in eius domo, aut consueto loco procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusq; uotum, post alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab epo discordes in aliquo seu interlocutoria uel definitiva sententia fuerint; tunc in sex dierum spacium cum Episcopo tertium eligant. Et si in electo tertij etiam discordent, ad uiciniorum Episcopum electio debeat, et iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet, articulus in quo discordia, terminetur: alias processus, et inde secuta nulla finis, usq; producant iuris effectus. In omnibus tamen ex incontinenti proueniens, de qua in Decreto de Concubinarijs, et in alijs articulis delictis, depositionem, aut degradationem requiruntibus, de fuga timeatur, ne iudicium eludatur, et ideo opus sit personarum detentione, possit in his solus Episcopus ad summariam informationem, et necessariam detentionem procedere: seruato tamen reliquis ordine premissis. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut iuxta qualitatem delicti ac personarum delinquentium ipsi in loco decenti custodiantur. Episcopis praeterea, ubi honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, eisq; in Coronatione in Capitulo, in processibus et alijs actibus publicis sit

sedes et locus, quem ipsi elegerint, et praecipua omnium rerum
 agendarum auctoritas. Qui si aliquid Canonice ad deliberandum
 proponant, nec de re ad suum uel ~~eorum~~ commodum spectante
 agatur. Episcopi ipsi Capitulum conuocent, uota exquirant, et iuxta
 ea concludant. Absenti uero Episcopo omnino hoc ab his de Capto
 ad quos hoc de iure uel consuetudine spectat, perficiatur. Nec ad
 id Vicarius Episcopi admittatur. Caeteris autem ciuitatibus in
 rebus Capituli iurisdictio, et potestas si qua eis competat, et bonorum
 administratio salua et intacta omnino relinquitur. Qui uero non
 obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, si omnes in causis Ec-
 clesiasticis Episcopo subiciantur. Non obstantibus, quod ad su-
 pra dicta privilegia etiam ex fundatione competentibus. Nec non con-
 suetudinibus etiam inmemorabilibus, sententijs, iuramentis, con-
 cordijs, quae tantum suos obligent auctores saluis tamen in om-
 nibus privilegijs, quae uniuersitatibus studiorum generalium
 seu earum personis sunt concessa. Haec autem omnia et singula
 in his Ecclesijs locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum
 Vicarij ex constitutionibus uel privilegijs, aut consuetudinibus
 siue concordijs, seu quocumque alio iure maiorem habeant potestatem
 auctoritatem ac iurisditionem, quam praesenti decreto, sit com-
 praesentum, quibus sancta Synodus derogare non intendit.

Canon vii

Cum in beneficijs Ecclesiasticis ea quae hereditariae successionis referunt
 imaginem, sacris constitutionibus sint odiosa, et Patrum decens con-
 traria. nemini in posterum accessus, aut regressus, etiam de consensu
 ad beneficium Ecclesiasticum cuiuscumque qualitatis concedatur, nec
 hactenus concessi suspendantur, extendantur, aut transferantur.
 Hocque Decretum in quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis etiam Carse-
 dralibus Ecclesijs, ac in quibuscumque personis, etiam Cardinalibus

80
Honore fulgentibus locum habeat. In Coadiutorijs quoque cum futura
successione idem possit observetur, ut nemini in quibuscumque be-
ficijs Ecc^{is} permittantur. Quod si quando Ecclesie Cathedralis, aut
nathrij urgens necessitas, aut evidens utilitas postulet Praelato dari
adiutorem, is non alias cum futura successione detur, quam Sac^{ca}
prius diligenter a summo Rom. Pont. sit cognita, et qualitates omnes
in illis concurrere certum sit, quae a iure et decretis huius sanctae
Synodi in Episcopis et Praelatis requiruntur: alias concessiones
suis facta subreptivae esse censeantur.

Canon VIII.

Admonet sancta synodus quoscumque Ecclesiastica beneficia saecularia
seu regularia obtinentes, ut Hospitalitatis officium a sanctis Patronis
frequenter commendatum, quantum per eorum proventus licebit
prompte benignèq; exercere assuescant, memores eos qui Hospitali-
tatem amant Christum in Hospitijs recipere. Illis vero, qui Hospi-
talia vulgo nuncupata, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum
senum, pauperumve usum praecipue instituta in Commendam, ad-
ministracionem, aut quemcumque titulum, aut etiam Ecclesijs suis unita
obtinent. Velsi Ecclesiae Parochiales Hospitalibus forte unita, aut
Hospitalia erecta, earumq; Patronis in administracionem concessa
praecipit omnino ut impositum illis onus officiumve administrarent,
atq; Hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis, ad-
exerceant, iuxta constitutionem Concilij Viennensis, alias in Sac^{ca}
synodo sub se. re: Paulo. III. innovatam, quae incipit. Quia con-
git, &c. Quod si Hospitalia haec ad certum peregrinorum, aut in-
firmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint
instituta, nec in loco, ubi sunt dicta Hospitalia similes personae
aut perpaucas reperiantur. Mandat adhaec scilicet illorum

adsue ut

alium suum usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac
 pro loco et tempore utiliozem conuertantur, prout Ordinarius cum
 duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint per ipsum deli-
 gendis magis expedire visum fuerit. nisi aliter forte etiam in
 hunc eventum, in eorum fundatione aut institutione, fuerit ex-
 pressum. Quo casu, quod ordinatum fuit, obseruari curet Episco-
 pus, aut si id non possit ipse, prout supra utiliter provideat. Itaq;
 si presati omnes, et singuli cuiuscumq; ordinis, et religionis, et dig-
 nitatis etiam si laici fuerint, qui administrationem Hospitalium
 habent, non tamen regularibus subiecti, ubi viget regularis obser-
 uantia, ab Ordinario moniti Hospitalitatis munus adhibitis omnibus,
 ad quae tenentur, necessarijs, se ipsa obire cessauerint, non solum
 per Ecc^{as} censuras, et alia iuris remedia ad id compelli possint,
 sed etiam Hospitalis ipsius administratione, curaque perpetuo pri-
 uari possunt, alijsq; eorum loco, ab his ad quos spectabit substituatur
 et predicti nihilominus etiam ad fructuum restitutionem, quos per-
 ceberunt, quae nulla eis remissione, contra ipsorum Hospitalium insti-
 tutionem, aut compositione indulgeatur in foro conscientiae tenean-
 tur quacumq; unione, exemptione, et consuetudine in contrarium
 etiam immemorabili, seu priuilegijs aut indulgijs quibuscumque

Canon IX

Sicut Legitima Patronatum iura tollere, praesq; fidelium uolun-
 tates in eorum institutione uiolare aequum non est: sic etiam ut
 hoc colore beneficia Ecclesiastica in seruitutem (quod a multis
 impudenter fit) redigantur, non est aequum permittendum. Ve-
 rigitur debita in omnibus ratio obseruetur, decernit s. synodus
 ut titulus iuris patronatus sit ex fundatione, uel dotatione, qui

15
ex autentico documento, et alijs iure requisitis, ostendatur. Sive
etiam ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum tem-
poris eversum, qui hominum memoriam excedat, aliasve secundum
iuris dispositionem. In his vero personis, seu universitatibus, in quibus
id ius plerumque ex usufructu potius quæsitum præsumi solet plene
et exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur. Nec
immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præ-
terea ad eam necessaria presentationes etiam continuata non
saltem, quam quinquaginta annorum spacio, que omnes effectum
ita sint, autentica scriptura probentur. Reliqui Patronatus omnes
in beneficijs tam secularibus, quam regularibus, seu Parochialibus
vel dignitatibus, aut quibuscumque alijs beneficijs in Cathedrali vel
collegiata Ecclesia, seu facultates, et privilegia concessa tam in
Patronatus, quam alio quocumque iure nominandi, eligendi, presen-
tandi ad ea cum uacant, exceptis Patronatibus super Cathedralibus
Ecclesijs competentibus, et exceptis alijs que ad Imperatorem et Reges
regna possidentes aliosque sublimes et supremos iura imperij in domi-
nijs habentes, pertinent. et que in fauorem studiorum generalium
cessa sunt, in totum proorsus abrogata et irrita cum quasi possessione
presentandi inde secuta, intelligantur. Beneficia S. M. C. tanquam
a suis collatoribus conferantur, ac provisiones S. M. C. plenum effectum
consequantur. Ad Sac. liceat Episcopo presentatos a Patronis
idonei non fuerint repellere. Quod si ad inferiores institutio pertinet
ab Episcopo tamen, iuxta alias statuta ab hac sancta synodo, ex-
minentur: alioquin institutio ab inferioribus facta irrita sit et
inanis. Patroni autem beneficiorum cuiuscumque ordinis et dignitatis
etiam si communitates, Universitates, Collegia quaecumque Clericorum
uel laicorum existant in perceptione fructuum, presentium, ob-
lationum quorumcumque beneficiorum, etiam si uere de iure Patronatus

ipsorum ex fundatione et dotatione essent, nullatenus nulla ^{ue} causa
 uel occasione se ingerant, sed illos libere Rectori seu beneficiario
 non obstante etiam quacumque consuetudine distribuendos dimittant
 nec dultum ius Patronatus uenditionis, aut alio titulo quocumque in
 alios contra Canonicas sanctiones transferre praesumant. si secus
 fecerint, excommunicationis et interdicti penis subiiciantur, et dicto
 Jure Patronatus ipso iure privati existant. Insuper accessiones per
 uiam unionis factae de beneficijs liberis ad Ecclesias Jurispatro-
 natui etiam Laicorum subiectas tam Parochiales, quam ad alia quae-
 cumque beneficia etiam simplicia, seu dignitates uel Hospitalia, ita ut
 praefata beneficia libera eiusdem naturae cum ijs quibuscum uniantur
 efficiantur, atque sub Jure patronatus constituantur. Haec si nondum
 plenarium sortita sunt effectum, uel deinceps ad cuiusvis instanciam
 fient, quacumque auctoritate, et a quadraginta annis circa et in fu-
 turum acquirendi simul cum unionibus ipsis per subreptionem obtentae
 intelligantur. Non obstantibus quacumque in ijs uerborum forma seu de-
 rogatione, quae habeatur pro expressa, nec executioni amplius deman-
 detur, sed beneficia ipsa unita cum uacauerint libere ut antea
 conferantur. Quae uero a quadraginta annis circa factae, effectum
 et plenam incorporationem sunt consecuta haec nihilominus ab Or-
 dinarijs tanquam a sede Apostolica delegatis reuideantur, et
 examinentur, ac quae per subreptionem, uel obreptionem obtentae
 fuerint, simul cum unionibus irrita declarantur, ac beneficia ipsa
 separentur, et alijs conferantur. Similiter quoque Patronatus qui-
 cumque in Ecclesijs, et quibuscumque alijs beneficijs etiam dignitatibus
 antea liberis acquisiti a quadraginta annis circa, et in futurum
 acquirendi, seu ex augmento donis, seu ex noua constructione, uel
 alia simili causa etiam auctoritate sedis Ap^{ca} ab iisdem Ordinarijs
 uti Delegatis (ut supra) qui nullius in his facultatibus, aut priui-

Legis impediuntur, diligenter cognoscantur, et quos non repererint
ob maxime evidentem Ecclesie, uel beneficii, seu dignitatis necessi-
tatem legitime constitutos esse, in totum reuocent, atq; beneficia
Smo sine damno illa possidentium, et restituo Patronis eo quod
eis idcirco datum est, in pristinum libertatis statum reuocent.
Non obstantibus priuilegijs constitutionibus et consuetudinibus
memorabilibus

Canon X.

Quoniam ob malitiosam potentium suggestionem, et quandoq; ob locorum
longinquitatem personarum notitia quibus causa mandantur, usq;
adeo haberi non potest, Sincq; interdum iudicibus non uidequaq;
idoneis causa in partibus delegantur. Statuit s. synodus in synodis
Concilijs Provincialibus, aut Diocesanis aliquot personas quae qualitates
habeant, iuxta constitutionem Bonifacij viij quae incipit Statutum
et alioquin ad id aptas designari ut praeter Ordinarios locorum ijs
posthac causa Ecclesiastica, ac Spirituales, et ad forum Ecclesiasticum
pertinentes in partibus deleganda committantur. Et si aliquem
ex designatis mori contigerit, substituatur Ordinarius loci cum consilio
Capituli alium in eius locum, usq; ad futuram Provinciale, aut
diocesanam synodum: ita ut habeat quaeque Diocesis quatuor saltem
aut etiam plures probatas personas ac, ut supra, qualificatas,
quibus Smo causa a quolibet Legato, uel Nuncio, ^{et} uel etiam a sede
Apostolica committantur, alioquin post designationem factam quae
statim Episcopi ad summum Rom. Pont. transmittant delegati
quaeuq; aliorum iudicium, alijs quam his facte subreptitia
seantur. Admonet de hinc s. synodus tam Ordinarios, quam alios
quoscunq; Iudices, ut terminandis causis quanta fieri poterit
uitae studeant; ac litigatorum, aribus seu in lris contestationibus
seu

seu alia parte iudicij differenda modis omnibus, aut termini
 praefixione, aut competente alia ratione, occurrant

Canon ~~iiij~~ XI.

Magnam Ecclesijs perniciem adferre solet, cum earum bona re,
 presentata pecunia in successorum prauiudicium alijs locantur.
 Omnes igitur hae locationes, si anticipatis solutionibus fient, nulla,
 temus in prauiudicium successorum ualida intelligantur, quocumq;
 indulto, aut privilegio non obstante. Nec Sines locationes in Roma,
 na curia, uel extra eam, confirmantur. Non liceat etiam Jurisdic,
 tiones Ecclesiasticas seu facultates nominandi, aut deputandi Vi,
 carios in spiritualibus locare, nec conductoribus per se, aut alios
 ea exercere, aliterq; concessiones etiam a sede Apostolica factae
 subreptitiae censeantur. Locationes uero rerum Ecclesiasticarum
 etiam auctoritate Apostolica confirmatas s. synodus irritans de,
 cernit, quas a triginta citra ad longum tempus seu ut in nonnullis
 partibus ad uiginti nouem, seu bis uiginti nouem annos uocant, falsas
 synodus Praeuidens uel deputandi ab ea in damnum Ecclesiae et
 contra Canoniceas sanctiones contractas fuisse iudicauit.

Canon XII.

Non sunt ferendi, qui uarijs artibus Decimas Ecclesijs obuientes
 subtrahere motiuntur, aut qui ab alijs soluendas temere occupant, et
 in rem suam uertunt, cum Decimarum solutio debita sit Deo, et
 qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadant
 Praecipit igitur s. synodus omnibus cuiuscumq; gradus et conditionis
 sint, ad quos Decimarum solutio spectat, ut eas ad quas de iure tenentur
 in posterum Cathedrali, aut quibuscumq; alijs Ecclesijs, uel personis, qui,
 bus

bus legitime integre debentur, integre possideant. Qui uero eas au-
strahunt, aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc crimine
plena restitutione secuta absoluantur. Hortatur dehinc omnes et
singulos pro Christiana Caritate, debitorq; erga Pastores suos moneat
ut de bonis sibi a Deo collatis, Episcopis et Parochis qui tenent
bus praesent Ecclesijs large subuenire, ad Dei laudem atq; ad Pa-
storum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam non graua-

Canon XIII.

Decernit sancta synodus, ut quibuscumq; in locis iam ante annos xxx
quarta, quae funeralium dicitur Cathedrali, aut Parochiali Ecclesia
ita esset persolui, ac postea fuerit ex quocumq; priuilegio alijs mona-
sopitalibus, aut quibuscumq; locis pijs concessa, eadem post Sac integre
iure et eadem portione, quae antea solebat Cathedrali seu Parochiali
Ecclesia persoluantur. Non obstantibus concessionibus, gratis, priuilegijs
etiam max magno nuncupatis, aut alijs quibuscumque

Canon XIII.

Quam turpe, ac Clericorum nomine (qui se Divino cultui addixerunt)
sit indignum in impudicitia sordibus, immundisq; concubinato uer-
satis res ipsa communi fidelium omnium offensione, summoq; Cle-
ricalis militia dedecore testatur. Ut igitur ad eam, quam decet con-
nentiā, ac uita integritatem ministri Ecclesiae zeuocentur, prop-
lusq; sine eos magis discat reuereri, quo illos uita honestiores cogno-
Prohibet s: synodus quibuscumq; Clericis, ne Concubinas, aut alias
lieres, de quibus possit haberi suspicio in domo uel extra detinere,
aut cum ijs ullam consuetudinem habere audeant: alioquin peris
a sacris Canonibus, uel Statutis Ecclesiarum humiliantur. Quod si
a superioribus moniti ab his non se abstinerint terha parte
tuam, obventionum, ac prouentuum, beneficiorum suorum quocumq;

cumque, et pensione ipso facto sint privati, quæ fabrica Ecclesie, aut
 alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicentur: sin uerò in delicto eo,
 dem cum eadem, uel alia femina perseuerantes secunda monitioni
 adhuc non paruierint; non tantum fructus omnes, ac proventus
 suorum beneficiorum, et pensiones eo ipso amittant, qui præfatis locis
 applicentur. sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione quo
 ad ordinarius etiam uti sedis Ap^{ca} Delegatus arbitrabitur, suspen
 dantur. et si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum
 his etiam uersentur; tunc beneficijs, pensionibus ac officijs et por
 tionibus quibuscumq; Ecclesiasticis perpetuò priuentur, atq; inhabiles ac
 indigni quibuscumq; honoribus, dignitatibus, beneficijs et officijs in po
 steriorum reddantur donec post manifestam uitæ emendationem ab eor
 superioribus, cum ijs ex causa uisum fuerit dispensandum: sed
 si postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere
 aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adungere ausi fue
 rint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur.
 nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediât
 aut suspendat. Supradictorumq; omnium cognitio non ad Archidia
 conos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad ipsos Episcopos pertineat
 qui sine strepitu et figura iudicij, et sola facti ueritate inspecta
 procedere possint. Clerici uero beneficia Ecclesiastica, aut pen
 siones non habentes iuxta delicti et contumacia perseuerantiam
 et qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine
 et inhabilitate ad beneficia obtinenda alijsue modis iuxta sacros
 canones puniantur. Episcopi quoq; (quod absit) si ab eiusmodi cri
 mine non abstinuerint, et a Synodo Prouinciali admoniti se non
 emendauerint, ipso facto sint suspensi. et si perseuerant etiam
 ad s^m Rom: Pont: ab eadē synodo deferantur, qui pro qualitate culpa
 etiam p^r priuatione (si opus erit) in eos animaduertat: —

Canon XV.

Ut paterna incontinentia memoria a locis Deo consecratis, quae
maximè puritas, sanctitasq; decet, longissimè arceatur; non liceat
filios Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesijs
ubi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut
habuerunt, quodcumque, etiam dissimile, beneficium obtinere; nec
in dictis Ecclesijs quocumque modo ministrare, nec pensiones super
fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, uel alias
obtinuerunt, habere. Quod si in praesenti pater et filius in
eadem Ecclesia beneficium obtinere reperiuntur, cogatur filius
suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra
Ecclesiam intra trium mensium spacium: alias ipso iure ex-
primatus existat. et super ijs quacumque dispensatio subre-
ptitia censeatur. Ad haec reciproca resignationes si quae
post haec à parentibus clericis in fauorem filiorum fient, ut alii
alterius beneficium consequatur in fraudem huius Decreti,
canonicarum sanctionum factae omnino censeantur. nec colla-
tiones secutae vigore huius resignationum seu aliarum quarum-
cumq; quae in fraudem factae fuerint ipsis clericorum filijs suffragentur.

Canon XVI

Statuit s: synodus, ut ecclesiastica beneficia secularia, quocumque
nomine appellentur, quae curam animarum ex primæua eorum
institutione, aut aliter quomodocumq; retinent, illa deinceps in simple
beneficium etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non
conuertantur. Non obstantibus quibuscumq; gratis quae suum plenarium
effectum non sunt consecutae. In his uerò, in quibus contra eorum in-
stitutionem seu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum
translata est, etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore
reperiuntur, si congrua portio fructuum Vicario Ecclæ quocumque
nomine is appellatur, non fuerit assignata, ea quam primùm, et ad
minimam

minus intra annum a fine presentis Concilij arbitrio Ordinarij iuxta formam decreti sub se: re: Paulo. iij. assignetur. Quod si id commode fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit, cum primum percessum, uel decessum Vicarij, seu Rectoris aut quomodolibet alterum eorum uacauerit beneficium, curam animarum recipiat, ac Vicaria nomen cesset, et in antiquum statum restituitur

XIX
Canon XVII

Non potest sancta synodus non grauius dolere, audiens Episcopos aliquos sui Status obliuio Pontificiam dignitatem non leuiter desonestare, qui cum Regum ministris, Regulis, et Baronibus in ecclesia et extra indecenti quadam demissione se gerunt, et ueluti inferiores ministri altaris nimis indignè non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inserviunt. Quare Sac et similia detestans synodus sacros Canones omnes Conciliorum generalia, atq; alias Ap^{ca} sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorum et grauitatem pertinentes renouando, precipit ut ab hinc in posterum Episcopi se abstineant, mandans eisdem ut tam in ecclesia, quam foris suum gradum et ordinem pra oculis habentes ubiq; se Patres et Pastores esse meminerint. Reliquis uero tam Principibus, quam ceteris omnibus ut eos paterno honore ac debita reuerentia prosequantur

Canon XVIII

Sicut publice excedit legis uinculum quandoqui relaxare, ut plenius euenientibus casibus et necessitatibus pro communi utilitati satisfiat, sic frequenter legem soluere ex exemplis, potius quam cepto personarum rerumq; delictu petentibus indulgere nil aliud est quam uniuersis ad leges transgrediendas aditum aperire, quapropter sciunt uniuersi

17
sacratissimos Canones exalte ab omnibus, et quoad eius fieri poterit
indistincte observandos. Quod si iurgens, iustaq; ratio, et maior quo-
damq; utilitas postulaverit cum aliquibus dispensandum esse, id casu
cognita, ac summa auctoritate atq; gratis a quibuscumq; ad quos
dispensatio pertinet, erit praestandum, aliterq; facta dispensatio
reprobata censetur.

Canon XIX

Detestabilis duellorum usus fabricante Diabolo introductus ut oruum
corporum morte, animarum etiam pernicioam duceretur, ex Christiano
orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Mar-
chiones, Comites, et quoscunq; alio nomine Domini temporales, qui locum
ad Monachiam in foris suis inter Christianos concesserint, eo ipso
sunt excommunicati, ac iuris ditione et dominio civitatis, castri, aut
in quo, vel apud quem duellum fieri permisierint, quod ab Ecclesia
obtinere, privati intelligantur. Qui vero pugnam commiserint, et
eorum Patrimonia uocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum
proscriptionis, ac perpetuae infamiae poenam incurrant, et ut homines
iuxta sacros Canones humari debeant: et si in ipso conflictu decesserint,
perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium
causa duelli tam in iure quam facto dederint, aut alia quacunq; causa
ad id quinquam suaserint; necnon spectatores excommunicationis, ac
perpetuae maledictionis uinculo teneantur non obstante quocunq; privilegio
seu praeva consuetudine etiam immemorabili.

Canon XX

Cupiens sancta synodus ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo
non solum relictam, sed etiam perpetuo sanctam sectam a quibuscumq;
impedimentis conservari; praeter ea, quae de ecclesiasticis personis
constituit, saeculares quoq; Principes officij sui admonendos esse.

sunt; confidens eos ut Catholicos, quos Deus sanctae fidei sua Ecclesia q. Pastores esse uoluit, uis suam Ecclesiam restitui non tantum esse concessuros, sed etiam subditos suos omnes ad debitam erga Clerum Parochos et superiores ordines reuerentiam reuocatos, nec permissuros ut officiales, aut inferiores magistratus Ecclesiae Ecclesiasticarum personarum immunitatem Dei ordinatione et Canonibus sanctis constitutam aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua uiolet, sed una cum ipsis Principibus debitam sacris summorum Pontificum et Conciliorum constitutionibus obseruantiam praesent. Decernit itaq. et praecipit sacros Canones et Concilia generalia omnia; necnon alias Apostolicas sanctiones in fauorem Ecclesiasticarum personarum libere Ecc. ca et contra eius uiolatores editas (qua omnia praesenti etiam Decretis innouat) exacte ab omnibus obseruari debere. Propterea ad nos et Imperatorem, Reges, Res P. Principes et omnes et singulos cuius cuiusq. Status et dignitatis extiterint, ut quo largius bonis temporibus atq. in alios possit esse sunt ornati, eo anxius, quae Ecc. ca iuris sunt, tanquam Dei praecipua, eiusq. fauore et tutela uenerentur; nec ab ullis Baronibus, Domicellis, Rehoribus alijsq. Dominis temporalibus, seu magistratibus, maximeq. ministris ipsorum Principum laedi patiantur: sed seuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atq. iurisdictionem impediunt, animaduertant. quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, Ecclesiarumq. protectionem excitant, imitantes anteriores, optimos, religiosissimosque Principes qui res Ecclesiae sua inprimis auctoritate, ac munificentia auerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicauerunt: adeoq. ea in re quisque officium suum serbulo praestet, quo cultus Diuinus deuote exerceri, ceterique Clerici et Praesati in residentijs et officijs suis quieti et sine impedimentis cum fructu et adificatione permanere ualeant.

Canon XXI

Postremo s. synodus omnia et singula sub quibuscumq. clausulis et uerbis quae de morum reformatione, atq. Ecc. ca disciplina tam sub

27
fe: re: Paulo III. ac Julio III. quam sub beatissimo Pio Quarto
fratribus Maximis in hoc sacro Concilio statuta sunt declarat, et
creta fuisse, ut in his salva semper auctoritas sedis Apostolica
et esse intelligatur. *finis Reformationis*

(23) Decretum de Regularibus publicatum in prima die sessionis
Nonae s. Conc. Trident. sub S. D. N. Pio Papa III. die tertio
Decembris M. D. LXXIII.

Eadem sacrosancta Synodus Reformationem prosequens ea quae
quantur statuenda esse censuit.

De Regularibus Canon. I.

Quoniam non ignorat sacrosancta synodus quantum ex Monasterijs
instituis, et recte administratis in Ecclesia Dei splendoris atque
latis oriatur necessarium esse censuit, quo facilius ac maturius
collapsa est uetus et Regularis disciplina instauretur, et constans
ubi conseruata est perseueret praecipere prout praesenti decreto
cipit, ut omnes regulares, tam uiri, quam mulieres ad regulae
professi sunt, praescriptam uitam imitentur et componant. Atque
qua ad suae professionis perfectionem, ut obedientia paupertatis, et
ae si qua alia sunt alicuius regulae, et ordinis peculiaria uota et
cepta ad eorum respectum essentiam; necnon ad communem uitam
et ueritatem conseruanda pertinentia, fideliter obseruent, omniaque
et diligentia a superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus
et Provincialibus quam in eorum uisitationibus, quae suis temporibus
facere non permittant, ut ab illis non recedatur. Cum comportum sit
eis non posse ea, quae ad substantiam Regularis uitae pertinent, et
si enim illa quae bases sunt, et fundamentum totius Regularis disciplinae
exalte non fuerint conseruata, totum corruat aedificium necesse est.